

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quibus de rebus in secūdo vniuersali Cōcilio statutum fuerit, & de Maximo,  
Philosopho Cynico. Capvt IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

*Quibus de rebus in secundo vniuersali Cœcilio ſta  
tutum fuerit, & de Maximo, Philosopho  
Cynico. CAPVT IX.*

Posthac habitu conuentu ipſe Nectarius & alij facet-  
dotes, Nicenij cœciliij fidē ratam eſſe habendā, & vni-  
uersam hæresin abrogandā censuerunt. tum vt omnes  
vbiq; ecclesiæ ſecundum veteres canones gubernarentur,  
vtque Epifcopi proprijs ecclesijs ſuis präſiderent, neque  
extraneas temere inuaderent, neque ſe priuatorum tacitis  
electionibus expectantibus committerent, ſicut antea ſe-  
pe contigerat, dū perſecutioni ſubiaceret ecclesia catholi-  
ca: p̄tterea quæ in vnaquaque cuiusque nationis Synodo  
coſtituerentur, vt ea quam rectissima appareret, ordinaret  
ac faceret. Adhac vt post Romanum Epifcopum Conſta-  
tinopolitanus p̄rrogatiuam dignitatis obtineret, vtpote  
qui nouæ Romæ ſedem gubernet. Iam enim non modò *Nova Roma*  
hanc appellationem vrbs ea adepta erat, ſenatuque & or-  
dinibus ac magistratibus coſimiliter vtebatur, verū &  
iſignia quoque eadem Romano ritu p̄ferebat, & Iu-  
ra pariter atque honores vtrimeque in omnibus congrue-  
bant. Denique Maximum neque fuiffe neque eſſe Epif-  
copum, neque clericos eos, qui ab ipſo ordinati eſſent. In-  
ſuperque omnia quæ vel ab ipſo, vel ipſius nomine facta  
erāt, irraſa eſſe decreuerunt: Hunc enim natione Alexan-  
driensem, profiſſione Philofophum Cynicū, ſed doctriṇę  
in Niceno Concilio comprobatae ſtudivum furtiuſ ele-  
ctione Coſtantinopolis epifcopum coſtituerant iij, qui  
tune ex Agypto conuenerant. Atque hæc quidem ad hūc  
modum Synodo placuerunt, quibus ſuum ſuffragium Im-  
perator adiecit, legemque addidit, vt rata haberetur fides  
Conciliij Nicenij, vtque Ecclesiæ vbiuiſ gentium colle-  
cta, illis committerentur, qui in ſubſtantij trium perſona-  
rum, eadem dignitate eademque potentia p̄ditarū, v-  
nam & candē conſitentur diuinitatē, patris & filij & ſpi-  
ritus ſancti: Hos porrò eſſe, qui congruerent in fide cum  
Nectario Coſtantinopoli, in Agypto cum Timo-  
theo Alexandriæ epifcopo, in orientalibus ecclesijs cum  
Diodoro Tharsensi, & cum Paſlagio Laodicensi, in Syria

Epi-

## SOZOMENI HISTOR.

episcopo, apud Asianos cum Amphiliocio Iconiensis ecclesiæ præfule, in ciuitatibus vero Ponti à Bithynia usq; ad Armeniam cum Helladio Cæsariensis in Cappadocia ecclesiæ episcopo, & cum Gregorio Nysæ, & Otreino Melitæ episcopo, in Thraciæ autem Scytiæq; viribus cū Tarentio Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo: Hos enim & Imperator quoque visos & coram allocutus approbavit, de quibus & integra constabat fama quod suæ ecclesiæ religiose præfessent: Postquam igitur hæc ita peracta essent, finemque concilium cepisset, cæteri quidem domum quisque reuersi sunt.

*De Martyrio Cylice, & de translatione reliquiarum sanctorum Pauli confessoris & Melitij Antiochia Episcopi.*

CAPVT X.

**N**Ectarius autem præceptore Cyriaco Adanorum episcopo officium sacerdotale didicit: cum hoc enim ipso, vt secum aliquamdiu maneret, Diodorum Tarsem episcopum rogauerat: Inuitauerat & alios multos Cilicas vt secum morarentur, ex quibus & Martyrium, quem vt medicum familiarem, ita commissorum in iuuentute delictorum consciuum habuerat, Diaconum ordinare cogitabat: cæterum Martyrius id auersatus est, indignum se esse ministerio diuino assuerans, actæque sibi antea vitæ testem Nectarium ipsum citans. Cui Nectarius, nunquid ego, inquit, idem, qui nunc sacerdos sum, vitam meam haec tenus multo magis dissolutè traduxi, quam tu, tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenti intemperantia meæ, opem persæpe tulisti, tum ille vicissim, atqui tu o Beate recens baptizatus ac purificatus, & mox insuper sacerdotio auctus es, utraque autem hæc peccatorum expiatoria esse Deus constituit. Ac proinde, vt mihi quidem videris, tu ab infantibus iam recens natis nihil differs. Ego vero iam olim sacri Baptismatis factus particeps, in usu vitæ meæ semper antiquum obtinui: Atque ille quidem talia causatus ordinationem non admisit: & sane ego quidem ob eam recusationem huc virum laudo, eaque